


EMBLEMA CLVI.

Non semper virebimus.

CLVI.

Tacitis cuncti exarescimus annis.

Stat vetus arescens vegeta inter robora quercus,
 Deciduis ramis, & prope calua comis.
 Quin ramorum artus subtus, defectaque succo
 Multa ad radices arida membra iacent:
 Ipsa & perpaucas retinens in culmine frondes,
 Parte sui exiguâ, cœtera sicca, viret;
 Ast ingens fuerat ramis ingentibus arbor,
 Maior in vmbrosis nec steterit vlla iugis.
 Grata olim æstium pecori depellere solem,
 Frondeque sub densâ condere Luscinias;
 At nunc exesam paulatim longa verustas
 Opprimit, atque animâ deficiente necat.